



# VERBA + PROPOSITIO

## 1 – GRAMMATICA ELEMENTA

### *a - Declinationes*

<b>Velle</b>	volo vis vult volumus vultis volunt	volebam...	volam voles...	volui...
<b>Malle</b>	malo mavis mavult malumus mavultis malunt	malebam...	malam males...	malui...
<b>Nolle</b>	nolo non vis non vult nolumus non vultis nolunt	nolebam...	nolam noles...	nolui...
<b>Jubere</b>	jubeo...	...	...	jussi...
<b>Imperare</b>	...	...	...	...
<b>Rogare</b>	...	...	...	...
<b>Cupere</b>	cupio...	...	...	cupi...
<b>Sinere</b>	sino...	...	...	sivi...
<b>Posse. (+ inf)</b>	possum potes potest possumus potestis possunt	poteram...	potero poteris...	possui...
<b>Impedire (+ quominus)</b>	...	...	...	...
<b>Oportet</b>	...	...	...	...
<b>Optare</b>	...	...	...	...

### *b - Structura*

**1) verbum + infinitivum:**

Cupio venire.

**2) verbum + propositio infinitiva (subjectus casu accusativo et verbum infinitivo):**

Cupio Petrum statim venire.

**3) verbum + UT/QUOMINUS + propositio subjunctiva (subjectus casu nominativo et verbum subjunctivo):**

Cupio ut Petrus statim veniat.

Impedio quominus Petrus statim veniat.

### *c - Tempora*

Cupio Petrum venire. Cupio Petrum venisse.

Cupi Petrum venire. / Cupi Petrum venisse.

Cupiebam ut Petrus veniret. / Cupi ut Petrus venisset/venerit.

Impedi quominus Petrus venerit.

## 2 – CONFABULATIO

Bini sodales sermonem de vita quotidiana hominis cujusdam sic faciunt:

- 1) Quid cupit homo cum audit tintinabulum horologii?
- 2) Quid oportet mane agere?
- 3) Cur it ad officinam?
- 4) Quid vult dux ejus?
- 5) Quomodo vehi potest? Quid mavult?
- 6) Qua re facilius est tramine vehi?
- 7) Quid sinit dux meridie?
- 8) Quid mavellent omnes operarii?
- 9) Quid etiam debet homo agere?
- 10) Quae jubet dux?
- 11) Num aliquid non vult homo noster?
- 12) Quid optat?
- 13) Quid deinde vult?
- 14) Quid imperant praeconia in televisione?
- 15) Quid exspectat miser homo?

Elementa ad respondendum: (sententias elaborate!)

- 1) diutius – in lecto – manere
- 2) lavari- jentaculum sumere...
- 3) cupit – stipendium merere
- 4) bene laborare – adsidue venire
- 5) tramine metropolitano/ raedam gubernare
- 6) congestiones – impedire – progredi
- 7) operarii – prandium – sumere
- 8) meridiare
- 9) D exemplaria imprimere
- 10) Famuli – urbaniter – telephonice respondere
- 11) ultra statutam horam – conventus – durare
- 12) non agere – operistitium – traminum ductores
- 13) televisionem – bonum programma – divulgare
- 14) omnes – res inutiles – emere
- 15) hora dormiendi – tandem advenire

## 3 – SCRIPTUM: DE PURGANDA DOMO

Diaeta hodie sordet, cupio eam purgare. Volo ancillam jubere, ut veniat et pro me laboret, sed non habeo ancillam. Primum debeo culinam ordinare. Volo vasa lavari, nolo autem manibus uti. Oportebit igitur ut machinam lavatoriam emam. Jucundum non est solum operam dare: rogo Marcum amicum ut apud me veniat. Marcus mavult ire ad silvam quam mihi subvenire. Non possumus sordes in via deponere quia purgatores operistitium agunt. Volo verrere pulvem in cubiculo. Marcus tandem venit, quo gaudeo. Opto Marcum mecum solum detergere. Nunc bene tersa est domus, otium sinit ut Marcum invitem ad tabernam. Nolo nos domi cenare et iterum triclinium inquinare aut maculas novas facere; jam nolui vestimenta foedavisse.

### vocabularium:

- **detergo, is**: nettoyer, essuyer
- **diaeta**: appartement (**cubiculum, janua, fenestra, balneum, atrium, triclinium**)
- **inquinare, foedare**: salir. // **sordeo**: être sale
- **machina lavatoria**: machine à laver
- **macula**: tache
- **operistitium**: grève
- **purgare**: nettoyer
- **sordes, ium**: les ordures, la saleté (**immunditia**)
- **tersus**: nettoyé. Propre: **lautus, mundus, nitidus**
- **vasa, orum**: la vaisselle
- **verro, verri, verrere**: balayer (balai: **scopae**; aspirateur: **everriculum**; balayette: **scopula**)